

Nobilissime et Amplissime Domine.

Quod votis omnibus multos annos factenus optavi, ut vel in coram,  
aut litteris tui compellandi comoda occasio se daret, ejus me he-  
sterno die damnatum esse est ut gaudeam, mihiq; gratuler.  
Idq; eo magis, quod paravius hic habeo virum omni laude su-  
periore, Joannem Forestum, τὸν πᾶν; qui, quem solens  
suo more Principi ac Patria adfectum testaturus Ἐπιγραφήν  
Ἐπιγραφήν scripsisset, Tibi in primis illud transmittendum,  
esse censuit. Cujus rei pariter ac editionis curam, Thessalia  
prepropero abituriens, mihi commendavit; quum, quo sper-  
ga me amore ad se in Collegium vocato primo omnium sua-  
rum elegantiarum copiam fecisset. Religioni ergo jure nobis  
fuit non ex tempore tanti viri desiderio et voluntati morem  
gerere; qui, quum Exurias Silva duensis litterato juxta  
ac Patria et Principis amanti Orbi publicaret, etiam me col-  
legam sibi haberet. Sed intercessit aliquid tum temporis me-  
conatibus, quo impedimento factum est, quo minus inter tot o-  
lores anser streperim, meo mihi Panegyrico, adfecto qui e-  
rat, et Augusteo cum et jace in spongiam incumbente. Et  
qua injuria, recte et ordine profecto divinum tuum caemen  
vindictam, et cum ejusdem genij epistola, ab Heinsio (quod  
nomen dignitate, titulosq; eruditis debitos nullatenus admittit,  
quia, vel Te judice, omnia antecedit;) prefixum est. Id  
sane, quoties Historiam hanc ipsam, incomparabilis et  
plane JavvαCis viri donum, in manus sumo, plenus  
animi et admirationis nonnullo cum stupore lego iterumq;  
Sed hujus hominis encomio tua laudes deterrere non sunt,  
qui cum Homero et Virgilio, ac Neviano Hestore alium  
praconem, maxime laudatum virum, ex Ἰαβάτω ταν-  
ταρι τῆν ἰσογία consecutus es. Nec pluribus tua  
jam-nunc tempora et curas, Patria Parenti, Incluto Im-  
peratori, et nunc iterum Victori, ac Triumphatori, sa-



Tibi


cras morari fas est. Extremum Te oro, ut huic libertati, autorem talem agnoscenti et proficenti, veniam; mihi autem eam gratiam concedas, ut hactenus fortassis etiam de nomine ignotum Tibi inter tui Nomini, Virtutis, atq; Eruditionis cultores me esse libens volens fatiaris. Atque festest fieri ut aliquando etiam eam mihi felicitatem, quae me meaq; Studia et desideria, *ὅλα κέρως ἐνδοξον*, *ἄριστο* homo commendat. Jam Voveo, ut Supremum Numen cum Principe Te quoq; ipsi intimum, Patrie in rem, etatem sospitem incolumemq; esse jubeat. Vale,

Nobilissime et amplissime Domine,  
et me ama. Dab. Horna Westfrisie a. d.  
xx. Gregoriam Septembris; et. Christiano;  
cl. l. c. xxxi.

Nobilissimae tuae  
Amplitudinis  
Cultor

Abrahamus Boestadius.





Nobilissimo et Amplissimo Viro;  
Dn<sup>o</sup> Constantino Eugenio, Equiti,  
Illustrissimo Arantionensium  
Principi ex. à Secretis; Dn<sup>o</sup> pl.  
colendo.

Hagam; aut in castra.